omnibusq; aliis prouinciis Inſulis, & locis maris Occeani, & Anſtralis, eorumq; diſtri ctis nunc inuentis, ſuſceperint, quoſq; fructus tum prędicatione Euangelij, tum admiſtratione Sacramentorum Infideles ad finiſtratione Sacramentorum Infideles ad fidem orthodoxam conuertendo hactenus ſeminauerint : & in poſterum tam inuentis quam pro tẽpore inueniendis in credibili ardore ac ſolertia ſeminare procurent, ac ſpe- rent. Secundo aduertendum, ꝙ cauſa quæ mouit Pontificẽ ad concedendum hoc indultum ea fuit, conſiderare nempe quã ſit ęquum huiuſmodi fidei noſtrę propagatores debita charitate [prout Paſtorali officio incumbit], proſequi, & adamare, quo eorum animi merito ad exaltationẽ diuini cultus indies magis accęndatur, & vt orthodoxa fides [quæ cęperat in his terris, per prędicationẽ noſtrã & Sacramentorum adminiſtrationem] creſceret magis, ipſis Fratribus prędicãtibus, Sacramenta q; adminiſtrantibus ipſis Infidelibus, & nouiter conuerſis. ¶ 3. eſt aduertendum, ꝙ hęc cauſa, & ratio modo etiam militat in illis, qui per Fratres Mendicantes ſunt Baptizati, & in illis etiam, qui ex his decendunt nepotibus, l. pronepotibus, dato

par